98 sin vera sunt quae dicuntur, migrationem esse mortem in eas oras, quas qui e vita excesserunt incolunt, id multo iam beatius est. tene, cum ab is, qui se iudicum numero haberi volunt, evaseris, ad eos venire, qui vere iudices appellentur, Minoem Rhadamanthum Aeacum Triptolemmum, convenireque eos qui iuste <et> cum fide vixerint – haec peregrinatio mediocris vobis videri potest? ut vero conloqui cum Orpheo Musaeo Homero Hesiodo liceat, quanti tandem aestimatis? equidem saepe emori, si fieri posset, vellem, ut ea quae dico mihi liceret invisere. quanta delectatione autem adficerer, cum Palamedem, cum Aiacem, cum alios iudicio iniquo circumventos convenirem! temptarem etiam summi regis, qui maximas copias duxit ad Troiam, et Ulixi Sisyphique prudentiam, nec ob eam rem, cum haec exquirerem sicut hic faciebam,

⁶⁹ Платон, “Апология на Сократ”, 40.

capite damnarer. — Ne vos quidem, iudices i qui me absolvistis, mortem timueritis.

98 Ако ли пък е вярно твърдението, че смъртта е преселване в тези земи, които населяват споминалите се, такова блаженство е даже още по-голямо! Само си представи: да се изплъзнеш от тези, които сега се смятат за мои съдии и да отидеш при тези наистина достойни за името съдии, пред Минос, Радамант, Еак, Триптолем! Да се срещнеш с такива хора, които са живели справедливо и почтено, такова преселение би ли могло да ви се види нещо посредствено? Ако ми е позволено да разговарям с Орфей, Музей, Омир, Хезиод, колко високо най-накрая оценявате това? Аз наистина и преди често съм искал да умра, ако може, за да видя всичко, за което говоря! А какво наслаждение щях да изпитам, ако ми предстои да се срещна с Паламед, с Аякс⁷⁰ и други осъдени от несправедлив съд! Аз щях да изпитам и мъдростта на върховния цар, който доведе огромни войски под стените на Троя, и мъдростта на Одисей и на Сизиф и за тези мои разследвания аз нямаше да заплащам със смъртна присъда, както ми се случи тук. И вие, съдии, които гласувате за моето оправдание, също не се бойте от смъртта.

99 *nec enim cuiquam bono mali quicquam evenire potest nec vivo nec mortuo, nec umquam eius res a dis immortalibus neglegentur, nec mihi ipsi hoc accidit fortuito. nec vero ego is, a quibus accusatus aut a quibus condemnatus sum, habeo quod suscenseam, nisi quod mihi nocere se crediderunt.* et haec quidem hoc modo; nihil autem melius extremo: *'sed tempus est'* inquit *'iam hinc abire, me, ut moriar, vos, ut vitam agatis. utrum autem sit melius, dii immortales sciunt, hominem quidem scire arbitror neminem.'*

XLII. Ne ego haud paulo hunc animum malim quam eorum omnium fortunas, qui de hoc iudicaverunt. etsi, quod praeter deos negat scire quemquam, id scit ipse utrum sit melius — nam dixit ante —, sed suum illud, nihil ut adfirmet, tenet ad extemum;

⁷⁰ Ахейски герои под Троя, загинали от несправедлив съд.

99 На никой добър човек не може да му се случи нищо лошо нито в живота, нито в смъртта, никога неговите дела не ще бъдат пренебрегнати от безсмъртните богове, а и на мен това дете ми се случи, не е случайно. И на тези, които ме обвиниха, и на тези, които ме осъдиха, не им се сърдя, не ги упреквам в нищо освен дето повярваха, че ми навредиха". Такава е цялата негова реч, а краят ѝ е просто прекрасен: "Но вече ни е време да се разотидем оттук - аз за да умра, вие за да живеете. Коя от двете съдби е по-хубава, знаят само безсмъртните богове, а от хората никой не знае, мисля".

XLII. И аз бих предпочел да имам такъв дух, отколкото да имам всичките богатства на онези, които ръководеха съдебния процес над Сократ. И макар че сам Сократ казва че само боговете знаят кое е по-хубаво, и той сам го знае отлично, както каза преди; но той просто спазва до края своето известно правило: да не твърди със сигурност нищо.⁷¹

100 *nos autem teneamus, ut nihil censeamus esse malum, quod sit a natura datum omnibus, intellegamusque, si mors malum sit, esse sempiternum malum. nam vitae miserae mors finis esse videtur; mors si est misera, finis esse nullus potest. Sed quid ego Socratem aut Theramenem, praestantis viros virtutis et sapientiae gloria, commemoro, cum Lacedaemonius quidam, cuius ne nomen quidem proditum est, mortem tantopere contempserit, ut, cum ad eam duceretur damnatus ab ephoris et esset voltu hilari atque laeto dixissetque ei quidam inimicus: 'contemnisne leges Lycurgi?', responderit: 'ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea poena multaverit, quam sine mutuatione et sine versura possem dissolvere.' o virum Sparta dignum! ut mihi quidem, qui tam magno animo fuerit, innocens damnatus esse videatur. talis innumerabilis nostra civitas tulit.*

100 Нека ние да се придържаме към правилото: да не смятаме че е зло това, което природата е дала на всички хора; и нека да разберем, че ако смъртта е зло, то това зло е вечно; Смъртта изглежда, че е край на един нещастен живот. Но ако смъртта е нещастна, то не би могло да има никакъв край.

⁷¹ "Аз знам, че нищо не знам".

Но защо да споменавам такива мъже, забележителни и с добродетелта си и с мъдростта си като Сократ или Терамен? Един лакедемонеец, чието име даже е останало неизвестно, дотолкова презирал смъртта, че когато го повели към смъртта, осъден от ефорите, той бил с весело и доволно изражение на лицето и като някакъв негов враг го попитал: “Над Ликурговите ли закони се смееш?” рекъл: “Напротив! Аз много съм благодарен на Ликург, че ме наказва с такова наказание, което мога да платя, без да влизам в дългове и лихви”. О, човек, достоен за Спарта! С такъв величествен дух ми се струва невинно осъден. Безкрайни са подобни примери и в нашата държава.

101 sed quid duces et principes nominem, cum legiones scribat Cato saepe alacris in eum locum profectas, unde redituras se non arbitrarentur? pari animo Lacedaemonii in Thermopylis occiderunt, in quos Simonides:

'Dic, hospes, Spartae nos te hic vidisse iacentis,
Dum sanctis patriae legibus obsequimur.'

quid ille dux Leonidas dicit? 'pergite animo forti, Lacedaemonii, hodie apud inferos fortasse cenabimus.' fuit haec gens fortis, dum Lycurgi leges vigeant. e quibus unus, cum Perses hostis in conloquio dixisset glorians: 'solem prae iaculorum multitudine et sagittarum non videbitis', 'in umbra igitur' inquit 'pugnabimus.'

101 Но защо да споменавам вождове и военачалници, когато Катон пише, че често цели легиони с въодушевление са се хвърляли там, откъдето знаели, че не могат да се върнат? С такъв дух били и спартанците, паднали при Термопилите, за които Симонид е написал:

*Пътниче кажи в Спарта, че си ни видял тук да лежим паднали,
понеже се подчинихме на свещените закони на родината.*

А какво е казал знаменитият им вожд Леонид? “Продължете смело, спартанци, днес може би ще вечеряме при подземните богове”⁷².

⁷² Симонид Кеоски (556 – 468 г.пр.н.е.) лирически поет, автор на хорови песни. Възпява победните битки при Саламин, Маратон и Артемизия. Автор на епитафии. Леонид, спартански цар (520 – 480 г.пр.н.е.). По време на гръко-персийската война защитавал прохода при Термопилите с шест хиляден отряд, в това число 300 спартанци и загинал геройски.

Този народ е бил могъщ, докато са били в сила Ликурговите закони. Враг персиец се хвалел в разговор със спартанец: „Не ще видите слънцето от многобройните ни копия и стрели.“, а спартанецът му отговорил: “Е, тогава ще се бием на тъмно”.

102 – 109

За погребението

Засяга само тялото: Сократ, Диоген, Анаксагор. Заблуди: Ахил влачи тялото на Хектор. В театъра: Подигравка с траурните елегии при погребението.

Мнозина искат да накажат враговете си дори и след смъртта им.

Не е необходимо гробът да се почита като място за отдих на тялото.

Цели народи се заблуждават, варварски обичаи.

Следователно как трябва да се постъпва? Да осъзнаеш, че тялото не е тъждествено с личността, да се съобразяваш с общественото мнение.

Погребението не засяга самите мъртвци.

102 viros commemoro: qualis tandem Lacaena? quae cum filium in proelium misisset et interfectum audisset, 'idcirco' inquit 'genueram, ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere'.

XLIII. Esto: fortes et duri Spartiatae; magnam habet vim rei p. disciplina. quid? Cyrenaeum Theodorum, philosophum non ignobilem, nonne miramur? cui cum Lysimachus rex crucem minaretur, 'istis, quaeso' inquit 'ista horribilia minitare purpuratis tuis: Theodori quidem nihil interest, humine an sublime putescat.' Cuius hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione et sepultura dicendum existimem, rem non difficilem, is praesertim cognitis, quae de nihil sentiendo paulo ante dicta sunt. de qua Socrates quidem quid senserit, apparet in eo libro in quo moritur, de quo iam tam multa diximus.

102 Споменавам мъже. Ами спартанките? Когато една спартанка изпратила сина си на бой и чула, че е убит, казала: “Родила съм го, за да падне непоколебимо в бой за родината”.

XLIII. Така да е. Нека спартанците да са смели и твърди; чрез дисциплината държавата им е имала голяма сила. Е? Ето ти Теодор Киренски, философ добре познат, нима ние не му се възхищаваме? Когато цар Лизимах го заплашвал да го разпъне на кръст, той му рекъл: “С тия страхотии заплашвай твоите облечени в пурпур придворни; за Теодор няма никакво значение дали ще гние под земята или над земята”.⁷³ С тази негова мисъл аз подсецам, че трябва да ви кажа нещо и за погребението – това не е трудно особено ако се разбраха нещата, които преди малко се казаха относно отсъствието на всякакви чувства у умрелия. Какво е мислел Сократ по този въпрос е видно от книгата за неговата смърт, за която казахме вече толкова много неща⁷⁴.

103 *cum enim de immortalitate animorum disputavisset et iam moriendi tempus urgeret, rogatus a Critone, quem ad modum sepeliri vellet, 'multam vero' inquit 'operam, amici, frustra consumpsi; Critoni enim nostro non persuasi me hinc avolaturum neque mei quicquam relicturum. verum tamen, Crito, si me adsequi potueris aut sicubi nactus eris, ut tibi videbitur, sepelito. sed, mihi crede, nemo me vestrum, cum hinc excessero, consequetur.' praeclare is quidem, qui et amico permiserit et se ostenderit de hoc toto genere nihil laborare.*

103 След като той обсъждал въпроса за безсмъртието на душите и смъртният му час вече наближавал, Критон попитал Сократ какво погребение би искал, Сократ рекъл: “Виждам, приятели, че много време загубих напразно, нашият Критон така и не разбра, че аз ще отлетя оттук и че тук нищо няма да остане от мен. Но пък, Критоне, ако много ти се иска да ме последваш, погребни ме, където поискаш; но повярвай ми, никой от вас не ще ме последва, щом като си отида оттук”. Прекрасно изказване: и на

⁷³ Математик от Кирена. Лизимах, пълководец на Александър Македонски и един от неговите диадохи. Става цар на Тракия (от 306 пр.н.е.), на Мала Азия (от 301 пр.н.е.) и на Македония (от 288 пр.н.е., заедно с Пир).

⁷⁴ “Апология на Сократ” от Платон.

приятеля си не отказал и изказал мисълта си, че целият този въпрос никак не го вълнува.

104 *durior Diogenes, et is quidem eadem sentiens, sed ut Cynicus asperius: proici se iussit inhumatum. tum amici: 'volucribusne et feris?' 'minime vero' inquit, 'sed bacillum propter me, quo abigam, ponitote.' 'qui poteris?' illi, 'non enim senties.' 'quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti?' praeclare Anaxagras, qui cum Lampsaci moreretur, quaerentibus amicis, velletne Clazomenas in patriam, si quid accidisset, auferri, 'nihil necesse est' inquit, 'undique enim ad inferos tantundem viae est.' totaque de ratione humationis unum tenendum est, ad corpus illam pertinere, sive occiderit animus sive vigeat. in corpore autem perspicuum est vel extincto animo vel elapso nullum residere sensum.*

104 Диоген разсъждавал също така, но по-грубо, и се изразявал по-остро, както подобава на киник.⁷⁵ Той наредил да го хвърлят непогребан. Приятелите му рекли: “Как, на пернатите или на зверовете?” , “О, не, рекъл, турете ми пръчка, ще ги разгонвам” . “Как така, ще можеш ли, нали няма да чувстваш нищо?” “Е, ако не чувствам, какво ме засяга, че зверовете ще ме разкъсват”? Прекрасно се е изказал и Анаксагор, когато умирал в Лампсак, и приятелите му го попитали, ако нещо се случи дали да пренесат тялото му в родината му в Клазомене⁷⁶: “Няма никакъв смисъл, рекъл, към подземното царство отвсякъде пътят е един и същ”. При всички положения за погребението трябва да се знае едно: дали е жив духът, или е умрял, погребението се отнася единствено до тялото. Но е ясно, че в тялото не остават никакви чувства, било духът да е отлетял, било да се е изплъзнал от него.

LXIV. 105 *Sed plena errorum sunt omnia. trahit Hectorem ad currum religatum Achilles: lacerari eum et sentire, credo, putat. ergo hic ulciscitur, ut quidem sibi videtur; at illa sicut acerbissimam rem maeret: 'Vidi, videre quod me passa aegerrume, Hectorem curru quadriiugo raptarier.' quem Hectorem, aut quam diu ille erit Hector? melius Accius*

⁷⁵ Диоген от Синоп, наречен Циника - 412-323 г.пр.н.е.

⁷⁶ Анаксагор (ок. 500 – 428 г.пр.н.е.) философ, известен със своята космология. Роден в Клазомене, Мала Азия.

et aliquando sapiens Achilles: 'Immo enimvero corpus Priamo reddidi, Hectors abstuli.' non igitur Hectors traxisti, sed corpus quod fuerat Hectoris.

LXIV. 105 Но около този въпрос е пълно със заблуди! Ахил влачи Хектор, привързан към колесницата му; очевидно, мисли че разкъсва тялото му и Хектор чувства това. Следователно Ахил си отмъщава (така му се струва), а Андромаха изпитва най-жестоко страдание:

“Ах, видях, и това, което видях, жестоко ме измъчи, Хектор да бъде влачен с колесница”...

Какъв Хектор? Колко дълго този труп още ще бъде Хектор? По-хубаво го е казал поетът Акций, и Ахил у него донякъде е разумен:

“Върнах на Приам тялото,
отмъкнах Хектор.”

Значи ти не си влачил след колесницата си Хектор, а само тялото, принадлежало на Хектор.

106 ecce alius exoritur e terra, qui matrem dormire non sinat:

'Mater, te appello, tu, quae curam somno suspensam levas, Neque te mei miseret, surge et sepeli natum —'

haec cum pressis et flebilibus modis, qui totis theatris maestitiam inferant, concinuntur, difficile est non eos qui inhumati sint miseros iudicare.

'prius quam ferae volucresque —'

metuit, ne laceratis membris minus bene utatur; ne combustis, non extimescit. 'Neu reliquias semesas sireis denudatis ossibus

Per terram sanie delibutas foede divexarier —'

non intellego, quid metuat, cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. Tenendum est igitur nihil curandum esse post mortem, cum multi inimicos etiam mortuos poeniuntur. exsecratur luculentis sane versibus apud Ennium Thyestes, primum ut naufragio pereat Atreus: durum hoc sane; talis enim interitus non est sine gravi sensu; illa inania:

'Ipse summis saxis fixus asperis, evisceratus,
Latere pendens, saxa spargens tabo, sanie et sanguine atro —'

106 А ето ти пък някой друг да се измъква от земята и да не позволява на майка си да спи:

“Майко, призовавам те, ти облекчаваш болката си чрез сън
Не ти е мъчно за мен, стани, погребни сина си!⁷⁷”

Когато такива потискащи и плачевни напеви се изпълняват под тъжен съпровод и се натъжават цели театри, трудно би било да не повярваш, че непогребаните мъртвци са нещастни:

“Преди зверовете и птиците..” .

Той се страхува, че няма да може да си служи с разкъсаните си членове, а не се страхува, че членовете на тялото му ще бъдат изгорени:

“Да не си позволила моите останки да се мятат по земята,
с оголени кости, грозно осквернени от гниене”...

Не разбирам какво има да се страхуваш, когато поетът излива под съпровод на флейта тези хубави септенари. Следователно трябва да се помни, че след смъртта нямаш никакви грижи; но пък мнозина наказват своите неприятели даже и мъртви. У Ений с могъщи стихове Тиест проклина Атрей да загине в корабкрушение. Действително жестоко. Такава гибел наистина е жестоко да изпиташ. Другото са празни приказки:

“А сам той закован на върха на остри скали,
изкормен, висящ на едната си страна,
оцапващ скалите с гной, зараза и черна кръв” .

107 non ipsa saxa magis sensu omni vacabunt quam ille 'latere pendens', cui se hic cruciatum censet optare. quae essent dura, si sentiret, <sunt> nulla sine sensu. illud vero perquam inane:

'Neque sepulcrum, quo recipiat, habeat, portum corporis,
Ubi remissa humana vita corpus requiescat malis.'

⁷⁷ Стихове на поета Пакувий.

vires, quanto haec in errore versentur: portum esse corporis et requiescere in sepulcro putat mortuum; magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium nec docuerit, quatenus esset quidque curandum.

107 Та и самите скали не ще бъдат лишени от всякакво чувство повече отколкото “онзи, висящ на една страна”, на когото Тиест смята, че желае мъчение. Ако Атрей можеше да почувства, щеше да е жестоко; но това не са никакви чувства. А ето и една крайна безсмислица:

“И нека да няма гроб, пристан за тялото, където да го прибере, където тялото му да си отдъхва, след като човешкият живот е освободен от злини”

Виждаш в каква голяма заблуда изпадат хората: човекът смята, че тялото има пристанище и мъртвецът намира покой в гроба. Голяма е вината на Пелопс, задето не е възпитал сина си и не го е научил докъде и за какво трябва да полагаш грижи!

XLV. 108 Sed quid singulorum opiniones animadvertam, nationum varios errores perspicere cum liceat? condiunt Aegyptii mortuos et eos servant domi; Persae etiam cera circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Magorum mos est non humare corpora suorum, nisi a feris sint ante laniata; in Hyrcania plebs publicos alit canes, optimum domesticos: nobile autem genus canum illud scimus esse, sed pro sua quisque facultate parat a quibus lanietur, eamque optimum illi esse censent sepulturam. permulta alia colligit Chrysippus, ut est in omni historia curiosus, sed ita taetra sunt quaedam, ut ea fugiat et reformidet oratio. totus igitur hic locus est contemnendus in nobis, non neglegendus in nostris, ita tamen, ut mortuorum corpora nihil sentire vivi sentiamus;

XLV. 108 Но защо да обръщам внимание на мненията на отделни хора, когато може да се видят ясно разнообразните заблуди на всички народи? Египтяните балсамират мъртвците си и ги пазят в домовете си; персите погребват мъртвците си, залети с восък, та телата да се запазят колкото се може по-дълго. Магите пък имат обичай да не погребват телата на своите мъртвци, преди да са разкъсани от диви животни. В Хиркания има една особена порода

кучета, плебсът ги отглежда за сметка на държавата, а знатните хора – по домовете си; хората там смятат, че е най-достойно да бъдеш изяден от куче и това се смята за най-достойното погребение; всеки според възможностите си отглежда кучета, от които да бъде разкъсан. Хирканците смятат, че такова погребение е прекрасно. Хризип, който много обича историческите изследвания, е събрал множество и други подобни примери; но някои са толкова отвратителни, че моята реч се бои от тях и ги избягва. Ние с теб спокойно можем да презираме всичко това, но пред съотечествениците ни не можем да ги пренебрегнем, макар че докато сме живи, ще чувстваме, че мъртвите не чувстват нищо.

109 – 112

Най-подходящият момент за смъртта - когато вярваш в собствените си постижения, върховен миг на щастието, когато не можеш да постигнеш нищо повече. Мъртвите не се нуждаят от слава. Във върховния миг на щастие човек дори трябва да желае смъртта. Пример - олимпийското семейство на Диагор.

Болката заради смъртта на другите винаги е по-голяма от тази заради собствената смърт.

109 quantum autem consuetudini famaеque dandum sit, id curent vivi, sed ita, ut intellegant nihil id ad mortuos pertinere. Sed profecto mors tum aequissimo animo appetitur, cum suis se laudibus vita occidens consolari potest. nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectae perfecto functus est munere. multa mihi ipsi ad mortem tempestitiva fuerunt. quam utinam potuissem obire! nihil enim iam acquirebatur, cumulata erant officia vitae, cum fortuna bella restabant. quare si ipsa ratio minus perficiet, ut mortem neglegere possimus, at vita acta perficiat, ut satis superque vixisse videamur. quamquam enim sensus abierit, tamen suis et propriis bonis laudis et gloriae, quamvis non sentiant, mortui non carent. etsi enim nihil habet in se gloria cur expetatur, tamen virtutem tamquam umbra sequitur.

109 Нека живите сами да се погрижат какви отстъпки трябва да се направят на обичая и на общото мнение, но нека винаги да помнят, че мъртвите това изобщо не ги касае. Особено спокойно се посреща смъртта тогава, когато залезът на човешкия живот може сам да се утеши с достойни похвали. Който по свършен начин е изпълнил свършената добродетел, за него никога няма да се каже, че е живял малко. И на мен самия ми се предостави не веднъж щастливата възможност овреме да умра, ах, де да можех да умра! Нищо вече не беше обект на придобиване, жизненият ми дълг беше изпълнен, оставаха само борбите със съдбата. Затова, ако самият ни разсъдък недостатъчно ни учи към пренебрежение към смъртта, то поне изживеният живот ни учи, че сме живели вече достатъчно и предостатъчно. И макар че мъртвите нищо не чувстват, все пак, дори и умрели и не чувствайки, те ще са обкръжени с почит и слава за себе си и за своите дела: славата сама по себе си, макар и да не заслужава да се домогваш до нея, все пак тя като сянка следва неотстъпно добродетелта.

XLVI. 110 *verum multitudinis iudicium de bonis <bonum> si quando est, magis laudandum est quam illi ob eam rem beati. non possum autem dicere, quoquo modo hoc accipietur, Lycurgum Solonem legum et publicae disciplinae carere gloria, Themistoclem Epaminondam bellicae virtutis. ante enim Salamina ipsam Neptunus obruet quam Salamini tropaei memoriam, priusque e Boeotia Leuctra tollentur quam pugnae Leuctricae gloria. multo autem tardius fama deseret Curium Fabricium Calatinum, duo Scipiones duo Africanos, Maximum Marcellum Paulum, Catonem Laelium, innumerabilis alios; quorum similitudinem aliquam qui arripuerit, non eam fama populari, sed vera bonorum laude metiens, fidenti animo, si ita res feret, gradietur ad mortem; in qua aut summum bonum aut nullum malum esse cognovimus. secundis vero suis rebus volet etiam mori; non enim tum cumulus bonorum iucundus esse potest quam molesta decessio.*

XLVI. 110 Разбира се, ако тълпата съди понякога справедливо за достойни люде, то това е повече чест за самата тълпа, отколкото щастие за такива люде; Не бих могъл да кажа как ще се възприеме това, но Ликург и Солон няма да са лишени от славата си на законодатели, а Темистокъл и Епаминонд – от славата си на храбри

воини. По-скоро Нептун ще погълне остров Саламин, отколкото спомена за Саламинската победа и по-скоро ще се изтрие от лицето на земята беотийската Левктра, отколкото славата на битката при Левктра!⁷⁸ И никога не ще замлъкне славата на Курий, на Фабриций, на Калатин, на двамата Сципионовци Африкански, на Максим, на Марцел, на Павел, на Катон, на Лелий и на колко още други! Който успее дори и донякъде да им подражава, като измерва доблестта им не по народната мътва, а с надеждната похвала на достойни ценители, той, ако всичко стане добре, с твърд дух ще доживее до самата смърт. В нея, както вече знаем, се съдържа висшето благо или във всеки случай, няма никакво зло. Та той ще предпочете да умре докато всичките му дела вървят успешно, защото не е толкова приятно натрупването на богатата, колкото е тягостно лишението от тях.

111 hanc sententiam significare videtur Laconis illa vox, qui, cum Rhodius Diagoras, Olympionices nobilis, uno die duo suos filios victores Olympiae vidisset, accessit ad senem et gratulatus: 'morere Diagora' inquit; 'non enim in caelum ascensurus es.' magna haec, et nimium fortasse, Graeci putant vel tum potius putabant, isque, qui hoc Diagorae dixit, permagnum existimans tris Olympionicas una e domo prodire cunctari illum diutius in vita fortunae obiectum inutile putabat ipsi. Ego autem tibi quidem, quod satis esset, paucis verbis, ut mihi videbar, responderam – concesseras enim nullo in malo mortuos esse –; sed ob eam causam contendi ut plura dicerem, quod in desiderio et luctu haec est consolatio maxima. nostrum enim et nostra causa susceptum dolorem modice ferre debemus, ne nosmet ipsos amare videamur; illa suspicio intolerabili dolore cruciat, si opinamur eos quibus orbati sumus esse cum aliquo sensu in is malis quibus volgo opinantur. hanc excutere opinionem mihimet volui radicatus, eoque fui fortasse longior.

111 Точно тази мисъл изглежда, се има предвид в думите на един спартанец: когато знаменитият олимпийски победител Диагор Родоски в един и същи ден видял като олимпийски победители

⁷⁸ Темистокъл (537 – 459 г. пр. н. е.), атински държавник и военачалник през периода на гръко-персийските войни. На 20 септември 480 год. побеждава персите при Саламин. Епаминонд, политически деятел, глава на Беотийския съюз и пълководец. Роден в Тива ок. 418 г. пр. н. е. Загива 362 г. в битката при Мантиния. По време на Беотийската война ръководи тиванската армия и побеждава спартанците в битката при Левктра през 371 г. пр. н. е.

дватама свои синове, та този спартанец се приближил до старика и го поздравил така: “Умри, Диагоре, жив на небето не можеш да се изкачиш!” Толкова високо, даже твърде високо ценят гърците (точно ценили са някога) олимпийските победи, че тоя, който казал това на Диагор, решил, че няма нищо по-извисено от три олимпийски победи в едно семейство, и че за Диагор няма смисъл да се задържа на този свят, като се излага на превратностите на съдбата. Аз вече ти казах с немного думи какво е моето мнение, и ти се согласи, че мъртвите не изпитват никакво зло; а сега искам да добавя, че в мъка и страх тази мисъл ни служи за голяма утеха. Собствената ни болка или болката за нас ние трябва да приемаме сдържано, за да не изглежда, че сме себелюбци. Подобно подозрение ни измъчва с непоносима болка, ако смятаме, че тези, от които сме се лишили, са запазили някакво чувство в тези нещастия, за които твърди мълвата. Да изтръгна това мнение от самия себе си из корен - ето какво исках; и заради това вероятно говорих толкова дълго.

112 – 119

Епилог:

Присъда на боговете? Смъртта е най-големият дар!

Разказът за Клеобис и Битон. Строителите на храма на Аполон в Делфи

Психомантейя, поети, оратори, държавници, войници. Изброяват се човешки страдания. Славната смърт за отечеството се смята за блажена.

Да желаеш смъртта. Да излезеш от живота напълно убедено и съзнателно, тъй като или боговете, или дори природата, майка на всички, не са ни създали случайно. Смъртта като убежище в този свят. Това, което е необходимо за всички, не може да е зло.

XLVII. 112 Tu longior? non mihi quidem. prior enim pars orationis tuae faciebat, ut mori cuperem, posterior, ut modo non nollem, modo non laborarem; omni autem oratione illud certe perfectum est, ut mortem non ducerem in malis. Num igitur etiam rhetorum epilogum desideramus? an hanc iam artem plane relinquimus? Tu vero istam ne relinqueris, quam semper ornasti, et quidem iure; illa enim te, verum si

loqui volumus, ornaverat. sed quinam est iste epilogus? aveo enim audire, quicquid est.

XLVII. 112 -Ти да си говорил дълго? За мен поне не. Първата част на твоята реч ме накара сам аз да пожелая да умра; следващата част ме накара не само да не искам да умра, но и да не се старая; а пък с цялата си реч ти постигна това да не мисля смъртта за зло.

- Аха, е, има ли нужда от ораторски завършек? Или изцяло да оставим това изкуство настрана?

- Не, не го оставяй: ти винаги си го смятал за украса на това изкуство, и то с основание; Това изкуство, честно казано, те е украсявало. Но какъв е точно този епилог? Каквото и да е, бих искал да го чуя.

113 Deorum immortalium iudicia solent in scholis proferre de morte, nec vero ea fingere ipsi, sed Herodoto auctore aliisque pluribus. primum Argiae sacerdotis Cleobis et Bito filii praedicantur. nota fabula est. cum enim illam ad sollemne et statum sacrificium curru vehi ius esset satis longe ab oppido ad fanum morarenturque iumenta, tum iuvenes, quos modo nominavi veste posita corpora oleo perunxerunt, ad iugum accesserunt. ita sacerdos advecta in fanum, cum currus esset ductus a filiis, precata a dea dicitur, ut id illis praemii daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a deo; post epulatos cum matre adulescentis somno se dedisse, mane inventos esse mortuos.

113 -Обикновено в училищата се обсъжда какво мислят боговете, и при това без всякакви измислици, а с позоваване на Херодот и много други писатели. Преди всичко се споменават с похвала Клеобис и Битон. Разказът е известен. Една аргоска жрица имала двама сина. Съгласно обряда жрицата трябвало в деня на тържественото празнично свещенослужение да влезе в храма на колесница; но от града до храма било далеко, добичетата се бавели, и ето тези юноши, като съблекли дрехите си и натрили телата си с масло, сами се впрегнали в ярема - така жрицата се явила в храма на колесница, запрегната със собствените ѝ синове, а в храма се помолила на богинята децата ѝ да бъдат възнаградени за синовната си любов с най-високата награда, която боговете могат да дадат на

човек. Юношите били при майка си на трапезата, после отишли да спят, а на сутринта ги намерили мъртви.

114 simili precatione Trophonius et Agamedes usi dicuntur; qui cum Apollini Delphis templum exaedificavissent, venerantes deum petiverunt mercedem non parvam quidem operis et laboris sui: nihil certi, sed quod esset optimum homini. quibus Apollo se id daturum ostendit post eius diei diem tertium; qui ut inluxit, mortui sunt reperti. iudicavisse deum dicunt, et eum quidem deum, cui reliqui dii concessissent, ut praeter ceteros divinaret.

XLVIII. adfertur etiam de Sileno fabella quaedam: qui cum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem non nasci homini longe optimum esse, proximum autem quam primum mori.

114 С подобна молитва, казват, се молили Трофоний и Агамед: когато издигнали храм на Аполон Делфийски, те почтително се обърнали към бога, като молели за своя значителен труд достойна награда - нищо определено не казали, а само рекли: "Което е за човек най-хубаво от всичко". След два дена Аполон им дал знак, че ще им се даде такава награда: едва настъпило третото утро и двамата били намерени мъртви. Казват, че богът така бил отсъдил, и даже именно този бог, на който всички останали богове му отстъпили дара на провидението.

XLVIII. Има и една такава приказка за Силен: когато попаднал в плен при Мидас, то, казват, за своето освобождение той възнаградил царя с такова поучение: "Най-хубавото за човека съвсем не е да се роди, а след раждането си най-хубавото е да умре колкото се може по-скоро".

115 qua est sententia in Cresphonte usus Euripides:

'Nam nos decebat coetus celebrantis domum

Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,

Humanae vitae varia reputantis mala;

At, qui labores morte finisset gravis,

Hunc omni amicos laude et laetitia exsequi.'

simile quiddam est in Consolatione Crantoris: ait enim Terinaeum quendam Elysium, cum graviter filii mortem maereret, venisse in psychomantium quaerentem, quae fuisset tantae calamitatis causa; huic in tabellis tris huius modi versiculos datos:

'Ignari homines in vita mentibus errant:

Euthynous potitur factorum numine leto.

Sic fuit utilius finiri ipsique tibi que.'

115 Със също такава мисъл си служи в "Кресфонт"⁷⁹ Еврипид:

„Когато някое дете идва на бял свят
би трябвало ние да оплакваме
дома на празнуващите хора
като пресмятаме различните нещастия в човешкия живот.
Напротив, този, който е приключил
големи трудности чрез смъртта си,
него да го следваме ние, приятелите
с всякаква радостна възхвала.“

Нещо подобно има и в "Утешение" на Крантор⁸⁰. Той казва, че някой си Елисий от Терина⁸¹, когато тежко страдал поради смъртта на сина си, попитал гадателите на душите коя е била причината за тази ужасна беда и в отговор получил три таблички с тези стихчета:

“Умовете на хората са във вечни заблуди.

Евтинос получи щастлив дар от боговете.

Така да свърши бе най-полезно и за него, и за теб.“

⁷⁹ Легендарен цар на Месения, потомък на Херакъл.

⁸⁰ Гръцки философ от Старата академия, роден вероятно през 4 век в Соли, Киликия, ученик на Ксенократ.

⁸¹ Град в Magna Graecia и едноименен залив.

116 his et talibus auctoribus usi confirmant causam rebus a diis immortalibus iudicatam. Alcidamas quidem, rhetor antiquus in primis nobilis, scripsit etiam laudationem mortis, quae constat ex enumeratione humanorum malorum; cui rationes eae quae exquisitius a philosophis colliguntur defuerunt, ubertas orationis non defuit. Clarae vero mortes pro patria oppetitae non solum gloriosae rhetoribus, sed etiam beatae videri solent. repetunt ab Erechtheo, cuius etiam filiae cupide mortem expetiverunt pro vita civium; <commemorant> Codrum, qui se in medios inmisit hostis veste famulari, ne posset adgnosci, si esset ornatu regio, quod oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore; Menoeceus non praetermittitur, qui item oraculo edito largitus est patriae suum sanguinem; <nam> Iphigenia Aulide duci se immolandam iubet, ut hostium elicatur suo. veniunt inde ad propiora:

XLIX. Harmodius in ore est et Aristogiton; Lacedaemonius Leonidas, Thebanus Epaminondas viget. nostros non norunt, quos enumerare magnum est: ita sunt multi, quibus videmus optabilis mortes fuisse cum gloria.

116 Като се уповавам на такива именно автори аз твърдя, че самите безсмъртни богове съдят за смъртта именно по този начин. Някой си Алкидамант, древен и много известен ретор, даже написал “Похвала за смъртта”, която се състояла от изброяване на людските беди и нещастия. Основания, каквито така внимателно търсят философите, тук нямало много, ама изобилно красноречие - да. Що се отнася до славната смърт за отечеството, то тя се представя от реторите не само славна, но и истински блажена. Реторите започват от Ерехтей⁸², чиито дъщери сами търсели смъртта заради благомото на съгражданите си; споменават Кодър, който се хвърлил в най-гъстите вражи редици, облечен в робска дреха, за да не го познаят в царска, защото оракулът му бил предсказал: “Ако царят загине, Атина ще победи”. Да не се забравя и Менекей, който също по съвет на оракула пролял кръвта си за отечеството си; а после

⁸² Ерехтей - цар на Атина. По съвет на делфийския оракул трябвало да жертва една от дъщерите си; Кодър, митичен цар на Атика, жертвал се съзнателно за родината си; Менекей – цар на Тива, баща на Креонт и Йокаста, по съвета на гадателя Тирезий се хвърлил от градските стени, когато Тива била нападната от лош урожай или чума.

Ифигения⁸³ в Авлида, която сама заповядала да я принесат в жертва, “за да заплати със своята кръв враждата”.

XLIX. После следват по-близки примери: всички говорят за Хармодий и Аристокитон⁸⁴, за спартанеца Леонид, за тиванеца Епаминонд; за нашите герои те не знаят, а и твърде дълго би било да ги изброявам - толкова много са били тези, които са показали колко желана е славната смърт.

117 Quae cum ita sint, magna tamen eloquentia est utendum atque ita velut superiore e loco contionandum, ut homines mortem vel optare incipiant vel certe timere desistant? nam si supremus ille dies non extinctionem, sed commutationem adfert loci, quid optabilius? sin autem perimit ac delet omnino, quid melius quam in mediis vitae laboribus obdormiscere et ita coniventem somno consopiri sempiterno? quod si fiat, melior Enni quam Solonis oratio. hic enim noster: 'nemo me lacrimis decoret' inquit 'nec funera fletu faxit!' at vero ille sapiens:

'Mors mea ne careat lacrimis: linguāmus amicis

Maerorem, ut celebrent funera cum gemitu.'

117 и въпреки че това е така, все пак трябва да се използват всичките сили на красноречието и да се говори сякаш от висок трибунал, за да убедиш хората или да възжелаят смъртта, или поне да се отърсят от страха си пред нея. Защото ако онзи смъртен последен ден не угасва душата, а само я преселва в други места, то какво би могло да е по-желано? А ако душата се разрушава и загива нацяло, то кое би могло да е по-хубаво от това да заспиш в средата на жизнените трудности и да затвориш, да склопиш очи за сън, който е вечен? Ако е така, то по-хубаво го е казал Ений, отколкото Солон. Ений е казал така:

*“Нека никої да не ме украсява със сълзите си-
и да не оплаква смъртта ми”!*

А великият мъдрец е казал:

⁸³ Ифигения, дъщеря на Агамемнон и Клитемнестра, жертвала се в беотийското пристанище Авлида по искане на богиня Артемида за попътен вятър на войската.

⁸⁴ Хармодий и Аристокитон, наречени тираноубийци. През 514 г.пр.н.е. се опитали да убият тирана Хипий, син на Пизистрат.

*“Нека смъртта ми да бъде оплакана:
завеждавам на приятелите си скръбта,
за да оплакват моята кончина.”*

118 nos vero, si quid tale acciderit, ut a deo denuntiatur videatur ut exeamus e vita, laeti et agentes gratias paremus emittique nos e custodia et levare vinculis arbitremur, ut aut in aeternam et plane in nostram domum remigremus aut omni sensu molestiaeque careamus; sin autem nihil denuntiabitur, eo tamen simus animo, ut horribilem illum diem aliis nobis faustum putemus nihilque in malis ducamus, quod sit vel a diis immortalibus vel a natura parente omnium constitutum. non enim temere nec fortuito sati et creati sumus, sed profecto fuit quaedam vis, quae generi consuleret humano nec id gigneret aut aleret, quod cum exanclavisset omnes labores, tum incidere in mortis malum sempiternum: portum potius paratum nobis et perfugium putemus.

118 А за мен, в случай, че получа знак от бога, че трябва да напусна живота, аз ще се подчиня с благодарност и ще смятам това за освобождение от оковите и от стражата, след която аз или ще се върна като в мой дом, и може би във вечния ми дом, или ще бъда лишен от всякаква чувствителност и тягостно чувство. Ако и това да не ми бъде предварително предвещано, аз пак така ще се настроя, че за другите този ден да изглежда ужасен, а за мен щастлив, и няма да смятам за зло нищо, установено от безсмъртните богове или от природата, майка на всичко. Ние сме посяти и създадени не произволно и не неразумно, а има несъмнено някаква сила, която бди над рода човешки и не го създава и храни, та като преодолее толкова трудности, да го низвергне в смъртта, като във вечно бедствие, не, по-скоро ние трябва да смятаме смъртта като отворено за нас убежище и пристанище, което ни очаква.

119 quo utinam velis passis pervehi liceat! sin reflantibus ventis reiciemur, tamen eodem paulo tardius referamur necesse est. quod autem omnibus necesse est, idne miserum esse uni potest? Habes epilogum, ne quid preatermissum aut relictum putes. Ego vero, et quidem fecit etiam iste me epilogus firmiorem. Optime, inquam. sed nunc quidem valetudini tribuamus aliquid, cras autem et quot dies

erimus in Tusculano, agamus haec et ea potissimum, quae levationem habeant aegritudinum formidinum cupiditatum, qui omnis philosophiae est fructus uberrimus.

119 О, да можехме да побързаме натам с опънати платна! Ако и да ни връщат от пътя насрещните ветрове, рано или късно неизбежно ние всички ще стигнем там. А което е неизбежно за всички, може ли да бъде нещастие за едного? Ето ти и заключението на моята реч, за да не мислиш че в нея нещо е оставено или подминато.

-Да, така мисля, и на това отгоре това заключение ме направи по-уверен.

- Прекрасно, казвам, но да се погрижим сега и за собственото си добро здраве; а утре и колкото дни още ще прекараме в Тускул, ние ще продължим заниманията си и ще се спрем особено на тези разсъждения, чрез които се смекчават нашите страдания, страхове и страсти – това е най-прекрасният плод от дървото на философията.”

